12AP2-098

Manassia, Gornjak. M. Stol. M Rtanj. Flor. Ann.

exemplar minus ~~in~~ m. Stol, ~~Tali an.~~

detexit et legit cl. Pancic!

Obs. Hieracium marmoreum affine H. taygeteo Boiss. sed differt involucri foliolis obtusis, foliisque caulinis brevioribus, ovatis, cordatis. — A Hieracio lanato W. K. diversissimum caule perfoliato, ramis in axilla folii perfecti nec squamaeformi orientibus et involucro villoso absque pilis glanduliferis, ligulisque dorso pilosis nec glabris. H. marmoreum Andryaloideis Fries epicr. p. 74 adnumerandum. Species hujus sectionis in herbario sequenti modo disposui:

Andryaloidea Fries

A. Ochrocarpa (ὠχρός, pallidus) ob achaenia pallida, testae glandium Quercus colore.

a. Oxylepida, involucri foliolis cuspidatis. Huc. H. taygeteum Boiss.! etc.

b. Cophölepida, involucri foliolis obtusiusculis.

α Involucrum villoso-tomentosum, absque pilis glanduliferis. Huc H. marmoreum (folia caulina cordata).

6

β. Involucrum ~~villosum, immixtis~~ munitum pilis plerisque glanduliferis v. glabrum. Hac.

H. lanatum W. K.

Habeo e monte Velebit in Lika: Vukotinović! Hierac. croat. p. 14 (H. eriophyllum Vuk.) et e m. montenegr. Sella, Fal. 1847: Tommasini! (H. Tommasinii Host). – Hieracium lanatum Visiani! Fl. dalmat. n. 785 (H. Tommasinii Host) valdopere differt a speciminibus cl. Vukotin. et Tommas. caulis bipedalis parte inferiore cum foliis ~~lanatis~~ elongatis, denticulatis ultra caulis mediam adscendentibus lanato, superiore vero, cum capitulis n. 4, iis Sonchi maritimi similibus, glabro = H. lanatum × semivestitum Sz Bip. An species propria?

β. Melanocarpa. Achaenia atra. Hac. Hieracium tomentosum Ger. H. Liottardi Vill., H. andryaloides Vill., H. Kochianum G. G. etc.

12.AK2-099

demum in squamas abeuntibus, obsitos.
Capitula semper erecta, speciosa, multi-
flora (59 flores numeravi), pedicellis
1½ – 3½ pl. 2 poll. longis insidentia,
parce villosis sed pilis stellatis dense
obsitis. Involucri obscure cani,
pilis stelligeris dense obsiti, immixtis
villis rarioribus, carinâ confertioribus,
5 lin. longi, hemisphaerici, subimbricati
foliola linearia v. lineari-lanceolata,
obtusa!, exteriora minora variae longi-
tudinis, interna (n. 21) subaequalia.
Flores flavi, 5 lin. longi, ad tubum,
2 lin. non attingentem et ligulae
dorsum pilosi, ceterum glabri;
antherae 1½ lin. longae, exsertae,
pallidae; styli rami pallide
flavi. Achaenia 1½ lin. longa,
pallida, testacea, costata, glabra,
apice truncata; pappus 2½ lin.
longus, persistens, copiosus, barbel-
latus, sordidus.
Patria. In Serbiae orientalis
rupibus marmoreis ad Ravanica,

ad Schultz 3

Hieracium marmoreum Pančić in litt.
nov. Andryaloidearum Species.

Descriptio. Herba ♃, rhyzomate lignescente fibroso, aphyllopoda (an semper?) , dodranthalis – sesquipedalis, dilute viridi-lutescens, villosa, corymboso-paniculata, β caule foliato albenti-virente, 1½ lin. diametro metiente, terete, striato, medullâ farcto, foliorum carinâ in caule ~~+~~ (lin. minus) decurrente sub-angulato; folia 4–2 poll. longa, 1½–¾ poll. lata, oblongo-ovata, inferiora in petiolum late alatum paulo attenuata, subsessilia, oblongo-obovata, obtusa, apiculata, reliqua oblongo-ovata, cordata, acuta, omnia denticulata, utrinque, praecipue vero margine, infra et carina pilis elongatis, denticulato-barbellatis (plumosis auct.) villosis; ad medium caulis in axilla foliorum decrescentium in ramos abit palmares et breviores 1–2 cephalos, foliis parvis ovatis,

~~Cassiniacearum Sectionem [illegible] nova e cortice [illegible] C. H. Schultz Bipont.~~ — (Sic! = pontificis)

in horto semper!